

TRACTATUS
CONCORDATO-

RVM, QVAE INTER

SANCTISS. D. NOSTRVM

Papam Leonem x. & sedem Apostolicam,

ac Christianiss. D. nostrum regem

Franciscum, & regnum

sunt edita:

In tomos duos diuisi, quorum primus ipsorū Cōcordatorum
textum continet, cum vtilissimis quibusdam, & ad vsum
forensem accommodatis glossis: alter, Nominationum
quæstiones, & de Pacificis possessoribus tractatum.

Auctore & glossatore D. PETRO RRBVFFO
Montepessulano, I. V. D. & C.

Multis in locis restituti, & hac editione aliquot additamentis quæ his no-
tis { } inclusimus, ex postrema Auctoris recognitione locupletati.

Cum INDICE rerum & verborum locupletissimo.

IN
VIR-
TUTE



NI
FOR-
TVNA



LVGDVNI,
APVD GVLIELMVM ROVILLIVM.

M. D. LXXVI.

Cum priuilegio Regis.

GVLIELMVS ROVILLIVS

beneuolo Lectori S.

LA semper fuit, beneuole Lector, mea in rem literariam, omnesque eius studiosos, & sectatores uoluntas, id studium, is denique animus ut quoad potui, uiresque meae suppetierunt, non destiterim eam ornare nouisque in dies adminiculis subsidiisque fulcire & iuuare. Quam autem à me id sincere ingenuisque dicatur, testes sunt libri è mea officina quamplurimi editi, tum nunquam antea euulgati, tum & ab aliis quidem excusi, sed non ita splendide, ornateque, elegantibusque adco characteribus in lucem emissi. Etsi enim haec uia salebrosior, minusque plana uideretur, ob idque fortassis difficilior quam quae serè passim terebatur, publicae omnium utilitati in hoc consulens malui illam ipsam instare & insequi, diuerticulorumque aliquot impendit. & sumptibus non parcere, quam eam quae iam parabatur laudem non assequi. trahimur enim omnes laudis studio, & optimus quisque maxime gloria ducitur. Et quotusquisque est qui hoc genus sedulitatis diligentiaeque summe laudandum non putet? Nolim hac de re quid sentiam, quantumque iis tribuendum sit qui idem tentarint, statuere, ne in re propria laudem affectare uidear: hoc tantum dicam, huius mei laboris, operaeque, quaecumque tandem illa fuerit, non poenitere: hocque uno maxime contentum, si aliunde nullus honos uel fructus accedat, toti certe Reip. ualde esse satisfactum. Sed quid hi homines effecerint, qui idem quod nos sunt enixi, alias plenius: hic enim non est dicendi locus. Cum igitur eandem, aut certe maiorem in libris iuris tum civilis tum Canonici operam adhibuerim, nec minora sint huius nostrae diligentiae studiique in rem literariam, hac in parte pigora: omitto corpus ipsum civile maiori & parua for-

CONCORDATORVM

REGNI FRANCIAE CVM D.

Petri Rebuffi de Montepessulano Iu-
rium Doctoris, ac comitis Inter-
pretationibus incipit

Prooemium.



Rāciscus. 2) Hic rex fuit huius nominis pri-
mus, bonarūq; literarū parens appellatus,
abhorruitq; maximè hereses, atq; in hereti-
cos grauissimè animaduertit, iustitiā deni-
que coluit, ob id Deus opt. max. statū suum
conseruauit, ac omnia prosperè eidē successerunt. felici-
tas quippe seculariū principū au-
gerur, quando iustitiæ administradæ
dediti sūt, arg. c. certū. ibi, felicitatis

Franciscus^a

augmento. x. dist. ne longius exempla petamus. scribit
Pet. de Palude in 4. Sentent. in Francia quendam dum
in agro suo foderet, inuenisse humanā linguā loquen-
tem. Interrogata cuiusnā esset, respondit fuisse linguā
hominis pagani olim iudicis, qui eo quod nunquā sen-
tentiam protulerat iniquā, Deus reseruauerat animam
suam in illa lingua, quousq; baptismū reciperet, & fuit
baptizata, & statim in puluerē reducta. Refert Florē. in
2. parte summæ in titu. 1. c. xix. §. 2. rub. de iniustitia. ac
Traianum Imp. & si infidelis esset, precibus B. Gregorij
(quod iustitiā tempore belli viduæ administrasset) vita
æterna donatū fuisse legimus, si eidem Flor. in 1. parte
cronicæ. tit. vij. c. iij. §. si. credatur. & Lucę de penna in l.
ij. col. 3. C. de exact. trib. lib. x. Præteribo ne Zaleucū Lo-
crensē, qui postquam lege lata utroq; oculo singulos
puniri uoluisset adulteros (quæ hodie si vigeret infini-
tos redderet monoculos) & eius filius in illā legē inci-
disset, ne legis effectus abrogaretur, vnū oculum sibi, &
alterum filio eruere iussit, ut est apud Valerium lib. 6. de
iustitia * vbi etiam Charunda tyrius cum legem, quam
tulerat nō seruasset, se interemit. ¶ Igitur cū rex noster
Franciscus sit Zaleuci instar iustitiæ deditus, pro ipso

*Boni iudi-
cis lingua
reseruata.*

▲

TRACTATUS
NOMINATIONVM,
ET DE PACIFICIS POS-
SESSORIBVS, VALDE
vtilis, & in forensi iudi-
cio frequentes,

D. PETRI REBUFFI, IVRIVM
Doct̄oris, ab eodem recogniti, & amplificati adeo,
ut deinceps alia uberior editio de-
sideranda non sit.

Tomus secundus.



LVGDVNI,
APVD GVLIELMVM ROVILLIVM.

M. D. LXXVI.

Cum priuilegio Regis.



SACRATISSIMO

PATRI, ATQVE SINGVLARI

VIRTVTIS EXCELLENTIA

prædito, Do. Martino à sancto

Andrea, Carcassonen.

episcopo, Petrus Re-

buffus S.

* * *



MERCURIVS Trimegistus Rex maxi-
 mus in Aegypto, philosophusq; doctissi-
 mus, & sacerdotali honore insignitus
 fuit, uigilantissime præsul. ob quas animi
 dotes, post mortem Aegyptij cum inter
 numina retulerunt, religiosissimeq; coluerunt, primumq;
 anni mensem ei sacrarunt, ac urbem in Aegypto clarissimam
 ab cuius nomine Hermopolim (hoc est urbem Mercurij) nun-
 cuparunt, Trimegistumq; (latinis ter maximū) uocauerunt;
 quod Alexandro, Pompeioq;, & aliis multis postea secu-
 lis diuo Carolo Francorum Regi attributum fuisse, memo-
 rie proditum est. Hæc adamusim perpendens, tibi illum
 Trimegistum alioqui magnificum uirum comparare, cum
 multis nominibus eum superes, nō audeo. Ille enim rex ma-
 ximus in Aegypto, tu uerò regnum in Deo obtines, te &
 alios melioribus atq; adeo institutis Christianis regis. Ille
 philosophus, tu & philosophus, & omnibus aliarum di-
 sciplinarū numeris absolutissimus, addam & humanus: &
 ut omittam incredibilem sacrarum literarū eruditionem,

TRACTATUS NOMINATIONVM.

PRIMA QUÆSTIO.



MATERIAM nominationum in forensi iudicio in dies vsu venire mente mea reuoluēs, à nostrisq; doctoribus neglectam vel parum tractatam, quæstiones aliquas à me frequen-
tius petitas, in vnū congerere conatus sum. Imprimis sciendum est { quæ fuerit } causa efficiens, formalis & finalis, in his nominationibus. Resp. { causa efficiens sunt vniuersitates. } Nēpe ab illis fiunt, & conceduntur nominationes, & causa materialis est studium quinq; annorū, vel trium in nobilibus. ac gradus acceptus. §. præterea. de collat. in concord. Formalis est data forma. in d. §. præterea. & §. statuimus. 1. & §. teneantur. de collat. in concordia. Finalis causa est beneficiorum pro-
uisto, quæ illis nominatis sit ob suos gradus & nominationes, vel fieri debet: & rationes inferius subiicio. q. 3. his iactis materiā aperiamus olim ignotam, nunc verò facilem, & omnibus obuiam. Nunc videamus, Quot modis accipiatur nominatio. Respō. multis. Primò, dicitur nominatio, quando exprimitur nomē & cognomen alicuius, vel aliud æquipollēs. l. 1. & seq. ff. de liber. & posth. & l. certum. ff. si cert. pet. & sic accipitur in concordia. in rubr. de regia facultate, primum mensem graduatis debitum nominandi, & tex. in c. multi. §. si quis autem. & §. seq. 2. q. 1. & regula cancel. Iulij secundi. in 4. parte. & in l. 1. §. 1. ff. de magistra. cōue. l. 1. §. cū quis. de quæst. l. libertus. §. in quæstionibus. & §. nominati. ad munic. pal. auth. hoc amplius. C. de fideicō. & testator hæredem sibi nominare debet. l. iubemus. C. de testa. ¶ Aliquādō quis nominat extraneū filium suū, & illa nominatio non probat illū esse filium nominātis. l. non nudis. & l. nō episto-
lis. C. de prob. gloss. in c. Michael. de filiis presb. & c. per tuas. de proba. c. illud. de præsumpt. not. in c. transmissæ.

*Nominatio
quot modis
accipiatur.*

*Filiatio per
nominatio-
nem probe-
tur.*